

ORIGINVM
AC
GERMANI
CARVM ANTI
QVITATVM LIBRI,

Leges uidecer,

| | |
|--------------|---------------|
| Salicæ | Ripuariæ |
| Allemannorum | Boioariorum |
| Saxonum | Vuestphalorum |
| Angliorum | Vuerinorum |
| Thuringorum | Frisionum |
| Burgundionum | Langobardorum |
| Francorum | Theutonum. |

OPVS CERTE PISTATIS, NEC NON
VETERIS VENERANDAE QVE ILLIVS VERE FRAN-
cicæ maiestatis plenum. In quo non solum Rerum ac Vocum, nostrarum proprietas
certificatur, sed maiorum quoque nostrorum Imperium, eorundemq; tum in diuinis,
tum humanis, solers quedam administratio, omnibus Rebus p. ceu absolutissimum ex-
emplar, se se exhibet imitandæ. Hactenus & Theologorum & Iurisconsultorum stu-
diosorumq; omnium incōmodo, aut suppressum omnino, aut hinc inde lacerum atq;
enancum dispersum. Nunc autem VOLVFFANGI Abbatis Principis FVLDENSI
benignitate & in patriam flagrantí studio, ex superba illa celeberrimi Collegij Bibli-
otheca, in lucem, ad temporum horum tam in Ecclesiasticis, quam in Ciuitibus
rebus, pertinaces illas concertationes tollendas, pacandoq; bo-
norum animos, diuinitus sanè, prolati.

OPERA VERO,

BASILII IOANNIS HEROLD, AC
COLLATIONE EXEMPLARIO RVM, QVAB
uetustissimis, nec non ante septingentos annos depictis characteribus
expressa erant: descripti, emendati, atque in lucem
magna religione editi,

Authores Legum, sequens pagina versa docbit.

B A S I L E A E, P E R

H E N R I C H V M P E T R I.

1557

**Cum Cæsareæ Maiestatis gratia
& priuilegio.**

INCIPIT LEX

Frisionum. Et hæc est sim-

PLA COMPOSITIO.

De Homicidijs.

Tit. I.

Paragraphe.



In nobilis nobilē occiderit lxxx. sol. cōp. de qua multa duę partes ad heredē occisi. tertia ad propinquos eius proximos pertineat.

II.

Etsi negauerit se illū occidisse, adhibitis lecū xi. eiusdē cōditionis hominibus, iuret.

III.

Si nobilis liberum occiderit. solid. liii. & unum denarium soluat. & si negauerit, cum. vii. sacramentalibus iuret.

Inter Laubachi & Vuisaram cum v. & Cifflū similiter.

IV.

Si nobilis litum occiderit, xxvii. solid. uno denario minus componat domino suo, & propinquis occisi solid. ix. excepto tertia parte unius denarij. & si negauerit, cum tribus iuratoribus se excuset.

Inter Laubachi & Vuisaram & Cifflū cāndebat.

Inter Vuisaram & Laubachi & Cifflū cum xxiii. iuret.

V.

Silber nobilem occiderit lxxx. solid. cōponat, aut si negauerit cū xvii. iuret.

VI.

Si liberum occiderit, solid. liii. & unū denariū soluat. et si negauerit, cū undecim sacramentalibus iuret.

VII.

Si litum occiderit, solid. xxvii. uno denario minus componat domino suo, & propinquis occisi solid. ix. excepto tertia parte unius denarij. & si negauerit cum quinque sacramentalibus iuret.

VIII.

Si litus nobilē occiderit, similiter. lxxx. solid. cōponat. aut si negauerit cū triginta quinq̄ iuratoribus sive conditionis, se excuset.

Inter Laubachi & Vuisaram & Cifflū cum XLVIII. iuret.

IX.

Silberūm occiderit, solid. liii. & unum denarium soluat, & si negauerit cum xxiii. sacramentalibus iuret.

X.

Si litum occiderit, solid. xxvii. uno denario minus componat domino suo. & propinquis occisi solidos ix. excepto tertia parte unius denarij. & si negauerit, libi duodecimus iuret.

Inter Fli & Sincalam Vueregildus nobilis C. solidi liberi L. litu X.XV. solid denarij III. noue monete.

Inter Laubachi & Vuisaram Vueregild. nobilis C. VI. solidi & duo denarij, liberi LLL. solidi & denarij III. solidi & dimidius, & dimidius tremitius.

XI.

Si quis homo, siue nobilis, siue liber, siue litus, siue etiam serius, alterius seruum occiderit, componat eum, iuxta quod fuerit ad pretiatus, & dominus eius, ipsius pretij eum fuisse sacramento suo iuraverit.

XII.

Quod si quælibet exprædictis personis, hoc homicidium se perpetrasse negauerit, iuxta quod summa precij occisi mancipij fuerit estimata, maiori uel minori sacramento, se excusare debet.

Inter Laubachi & Vuisaram suam habet compositionem.

Si seruus

XIII

Si seruus nobilem, seu liberum, aut litum, nesciente domino occiderit, dominus eius, cuiuscum conditionis fiterit, homo qui occisus est, iuret hoc se non iussisse. & multam eitis pro seruo, bis simulum componat.

XIII

Aut si seruus hoc se iusso domini sui fecisse dixerit, & dominus non negauerit soluat eum, sicut manu sua occidisset, siue nobilis, siue liber, siue litus sit.

XV

Et si seruus, hoc se perpetrasse negauerit, dominus eius iuret pro illo.

XVI

Si nobilis erat qui occisus est, & nobilis ille, cuius seruus est, cum tribus sacramentalibus iuret.

XVII

Si liber erat, qui occisus est, duas partes predicti sacramenti, cum duobus nobilibus: & uno libero iuret.

XVIII

Silitus erat, ipse medietatem sacramenti cum uno lito iuret.

XIX

Si dominus servi liber est, & nobilis qui occisus est, sua sexta manu, pro seruo sacramentum perficiat.

XX

Si suę conditionis, id est, liber erat, cum tribus aequę liberis iuret.

XXI

Si litus erat, cum uno libero sacramentali iuret.

Inter Lubacū & Vuisuram, dominus seruus non iuret, sed componat eū, ac si ipse eū occidisset.

* Forreñi. Tit. II.

Paragraph. 1

Si nobilis nobilem, per ingenium, alio homini ad occidentem exposuerit, & is qui eū occidit, patria relicta profugerit, qui eum exposuit, tertia parte leudis cōp.

II

Si uerò homicida nō fugerit, nihil soluat. sed tantū inimicitias propinquorum hominis occisi patiatur, donec quomodo potuerit, eorum amicitiam adipiscatur.

III

Si autem hoc fecisse dicitur, & negauerit, cum tres sacramentalibus iuret: si ille qui hominem occidit, profugum fecit. si uerò homicida infra patriam est, exposito nihil iuret, sed tantum inimicitias propinquorum occisi hominis patiatur, donec cum eis, quoquomodo potuerit, in gratiam reuertatur.

III

Si nobilis liberum hominem exposuisse dicitur, tertia parte leudis eius cōp. si extra patriam fugit, qui hominem occidit: si uerò infra patriam est, nihil soluat. quod si negauerit, similiter sicut de nobili sacramentum iuret, tertia sacramenti portione adempta, propter uiliorem personam liberi hominis.

IV

Si de lito idem scelus ei imputetur, & homicida defuerit, ut superius de libero sacramentum perficiat. adempta ipsius sacramenti dimidia portione, soluens tertiam portionē leudis eius si negare non potuerit. & si is qui eū occidit infra patriam fuerit, sicut superius diximus, expositor nec iuret, nec leudem soluat, sed inimicitias propinquorum occisi patiatur, donec se cum eis reconciliet.

V

Si liber, in nobilē hominē, tale scelus dicitur perpetrasse, similiter ut nobilis sacramento se excuset, addita super sacramentū, quod nobilis iurare debet, ipsius sacramenti tertia portione. aut si negare non potuerit, & homicida defuerit, soluac tertiam partem leudis eius. si uerò homicida infra patriam fuerit, nec iuret, nec ali quid

quid soluat, sed tantum inimicitias propinquorum occisi patiatur, donec cum eis in gratiam reuertatur.

VI

Si uero de libero, idem scelus ei imputetur, sibi quarto sacramentum iuret, uel si homicida profugerit, tertiam portionem leudis eius componat, si negare non potuerit. Si uero homicida infra patriam est, nec iuret, nec aliquid soluat, sed tantum, ut superius faidosus, permaneat, donec in gratia cum propinquis occisi reuertat.

VII

Si de lito idem agitur, depta sacramenti dimidia portione, iurare debebit: aut si negare non potuerit, & homicida profugium fecit, ut superius diximus, tertiam portionem leudis eius componat. Si uero homicida profugium non fecit, expositor nec iuret, nec aliquid soluat, sed tantum ut superius inimicitias propinquorum occisi patiatur.

VIII

Si litus de nobili homine eodem scelere fuerit incriminatus, iuret medietate maiori sacramento, quamlibet de nobili iurare debeat. Aut si negare non potuerit & homicida defuerit, omnia ut superius, de alijs personis scripta sunt impleat. qd si de libero idem scelus ei imputetur, medietate maiori sacramento iuret, qd liber de libero iurare debeat: aut si negare non potuerit, & homicida profugerit, tertiam portionem leudis componat & omnia ut superius dicta sunt, implere compellatur.

IX

Si de lito fuerit incriminatus, sua quarta manu sacramentum perficiat, aut si negauerit, & homicida profugerit, ea qd superius scripta sunt, per ordinem impleat.

H A E C V V L E M A R V S ADDIDIT.

Si quis seruum, aut ancillam, caballum, bouem, ouem, uel cuiuscunq; generis animal, uel quodcumq; homo ad usum necessarium in potestate habuerit, arma, uestem, utensilia quelibet, & pecuniam alij ad auferendum exposuerit. Si ille qui abstulit patria profugerit, expositor tertiam portionem compositionis exsoluat. aut si negare uoluerit, maior uel minori sacramento, prout qualitas pecuniae fuerit, se excusare debet. Si qui abstulit, non profigit, expositor nec iuret nec soluat, sed tantum inimicitias portet eius cuius pecuniam abstulit.

Thiubda.

Tit. III.

Paragraph. I

Si nobilis furtum quolibet dicitur perpetrasse, & negare uoluerit, cum quinque sacramentalibus iuret.

II

Aut si negare non potuerit, quod abstulit in duplum restituat, & ad partem Regis lxxx. solid. profreda componat, hoc est Vueregildum suum.

III

Si liber furti arguatur, & negare uoluerit, sua sexta manu cum æque liberis iuret, aut si confessus fuerit, rem quam abstulit in duplum restituat, & ad partem Regis, profredo, Vueregildum suum.

IV

Litus conditionem suam per omnia similiter faciat, id est, sua sexta manu iuraret, uel quod abstulit, in duplum restituat. & Vueregildum suum ad partem Regis, profreda componat.

V

Si seruus furti reus esse dicatur, dominus eius, in uestimento suo sacramentum pro illo perficiat.

VI

Aut si res grandis erat, b in reliquis iuret, seruum ad aut iudicium Dei, in aqua feruenti ex animet.

M Quod

Legis Frisio-

VII.

Quod si seruus in iudicio probatus apparuerit, uel confessus fuerit, quanti res quæ ablata fuerit, æstimabitur, tantum dominus pro seruo componat. & seruus uapulet, nisi dominus eius, quatuor solidis coriū eius redimere uoluerit,

VIII.

Si quis in furto deprehēsus fuerit, & ab ipso, qui eum deprehēdit, furti arguit & negauet, iuret uterque solus. & ad examinationem feruentis aquæ iudicio Dei probandus accedat: si ille qui fur esse dicitur fuerit conuictus, cōponat Vue regildum suum ad partem Regis & manum LX. solid. redimat, & in simulo furti compositionem exsoluat.

IX.

Si uero is, qui alium furem interpellauit, falso eum calumniatus est, & in iudicio feruentis aquæ fuerit conuictus, LX. solidis manum suam redimat.

De Seruo aut iumento alieno occiso. Tit. III.

Paragraph.

Si quis seruum alterius occiderit, componat eum iuxta quod à domino eius fuerit æstimatus.

II.

Similiter equi, & boves, oves, capre, porci, & quicquid mobile in animalib. ad usum hominum pertinet, usq; ad canem, ita soluantur, pro ut fuerint à posseſſore earum adpretiata.

III.

Aut sinegauerit, iuxta quod iudex dictauerit, iuret.

Hoc inter Laubaci & Sinfalam.

III.

Canem acceptoriū, uel braconē paruum, quem barmbraccum uocat, III. solid. cōponat.

IV.

Eum autem, qui lupum occidere solet, tribus solidis.

VI.

Qui lacerare lupum, & non occidere solet, duobus solidis.

VII.

Canem custodem pecoris, solidi componat.

Tunc Laub. Canem acceptorem, VII. Barmbraccum. XII.

Custodem pecorum uel domus IIII qui lupum lacerat. VIII.

IX.

Illum uero qui nihil facere solet, sed tantum in curte & in uilla iacet, uno transmisse componat,

De Hominib; qui sine compositione occidi possunt. Tit. V.

Paragraph.

Campionem, & eum qui in prælio fuerit occisus, & adulterum, & furem, si in fossa qua domū alterius effodere conatur, fuerit repertus, & eum qui domū alterius incendere uolens facem manu tenet, ita ut ignis tectum, uel parietem domus tangat: qui fanū effregit, & infans ab utero sublatus & enecatus à matre.

II.

Et si hoc quælibet fœmina fecerit, leudē suam Regi componat, & si negauet cum v. iuret.

Deconiugis ignoratis.

Tit. VI.

Paragraph.

Slibera fœmina lito nupserit, nesciens eum litū esse, & ille postea de capite suo, eo quod

Eo quod litus sit, furerit caluniatus: si illa sua sexta manu iurare poterit, quod post quam eum litum esse rescivit, cum eo non concumberet, ipsa libera permaneat, & filii quos procreauit.

^{II}
Si uero iurare non possit, in compositionem mariti sui, una cum filiis suis trahatur
De² Brand. **Tit.** **VII.**

Paragraph.

Si quis domum alterius incenderit, ipsam domum, & quicquid in ea concrema-
tum est, in duplo componat.

^{III}
Si autem dominum domus, flammis ex ipsa domo egredi compulit, & e-
gressum occidit, componat eum nouies, cuiuscunq; fuerit conditionis. siue nobi-
lis, siue liber, siue litus sit. hec constitutio ex Edicto Regis processit.

Trans Laubaci in fredam novies componit Vueregildum suum.

De² Notnumfti. **Tit.** **VIII.**

Paragraph.

Si quis rem quamlibet uirapuerit, in duplum eam restituere compellatur, &
pro feda b solid.xii.componat.hoc est xxxvi.denarios.

Trans Laubaci in simulo componat.

^{IV}
Et pro feda Vueregildum suum.

De² Farlegani. **Tit.** **IX.**

Paragraph.

Si foemina qualibet, homini cui libet fornicando se miscuerit, cōponat ad partē
Regis Vueregildum suum.hoc nobilis & libera faciant.

^V
Lita uero ad partem domini sui.

^{VI}

Si uero ancilla & uirgo erat, cum qua quislibet homo moechatus est, compo-
nat qui eam uiolauit, domino eius b solidos iiiii.hoc est denarios xii.

^{VII}
Si autem ab alio prius fuerit constuprata, solidos iii.

^{VIII}

Si uero tertius hic erat, qui tunc eam uiolauit, duos solidos.

^{IX}

Si uero quartus, solidum unum.

^X

Si quintus tremissem unū, & quotcunq; postea accesserint, tremissem i.tantū
componant.id est c culpabilis tremissem.

^{XI}

Si quis puellam uirginem rapuerit, & uiolatam dimiserit, componat ei Vu-
eregildū eius.siue nobilis, siue libera fuerit ad satisfactionē, & ad partem Regis si-
militer.

^{XII}
Tertium Vueregildum patri, siue tutori puelle.

^{XIII}

Si autem puella lita fuerit, satisfaciat ei similiter solutione Vueregildi sui, &
domino eius decem solidos componat.

^{XIV}

Si liberam foeminam, extra uoluntatem parentum eius, uel eorū qui potesta-
rem eius habent, uxore duxerit, componat tutori eius solid.xx.id est, denarios lx.

^{XV}

Si autem nobilis erat foemina, solid.xxx.

XIII

Si sita fuerit, solid. x. domino eius persoluere cogatur,
Intra Laubachi & Vujaram fluuum talis est consuetudo.

XIV

Si nobilis, seu liber, libero ui aliquid abstulerit, aut ipsum, aut aliud simile, in locum restituat. & xxiiii. solid. pro facti scelere componat. & Vueregildum suum ad partem Regis cogatur exsolueret.

XV

Si autem nobilis, uel liber, nobili ui aliquid abstulerit, medietate maiori compositione facinus cogatur emendare. & Vueregildum suum, ut superius, ad partem Regis exsoluat.

XVI

Inter litos uis facta, medietate minori compositione soluenda est. Insuper & Vueregildum suum ad partem Regis.

XVII

Si seruus ui aliquid sustulit, dominus eius, pro illo quantitatem rei sublatæ componat, ac si ipse sustulisset, & pro Vueregildo serui iiii. solid. hoc est, denarios XII. ad partem Regis componat.

De Testibus.

Tit.

X.

Paragraph.

Si quis homo super reliquijs factorū falsum sacramentum iuraverit, ad partem Regis uueregildum suum componat, & alio uueregildo manum suā redimat de coniuratoribus eius unusquisque uueregildum suum persoluat.

De Lito.

Tit.

XI.

Paragraph.

Si liber homo, spontanea uoluntate, uel forte necessitate coactus, nobili, seu libero, seu etiam lito, in personam & in seruitutē litis se subdiderit, & postea se hoc fecisse negare uoluerit, dicat ille, qui eum pro lito habere uisus est. Aut ego te, cū coniuratoribus meis sex, uel septem, uel decem, uel duodecim, uel etiam uiginti, sacramento meo, mihi litorum faciam. uel tu, cū tuis coniuratoribus, de mea potestate te debes excusare. Si ille tunc iurare uelit, iuret, & seruitute liberetur. Si autem iurare noluerit, ille qui eum possidere videbatur, iuret, sicut condixit. & habeat illum, sicut cæteros litos suos.

II

Si litus semetipsum propriā pecunia à domino suo redemerit, & unū, uel duos, uel tres, uel quotlibet annos, in libertate uixerit, et iterū à domino de capitis sui conditione fuerit calumniatus, dicēte ipsi domino. Non te redemisti, nec ego te libertate donavi. Respondeat ille. Aut tu cum iuratoribus tuis, sex uel duodecim, uel uiginti uel etiam si triginta dicere uoluerit, me, tibi sacramento tuo, ad seruitutē adquire: aut me, cum meis iuratoribus tantis, uel tantis, ab hac calūnia liberare permitte. Si ille, qui dominus eius fuerat, cū totidē hominibus, quorū ei propositi sunt, iurare uelit, cōquirat eū sibi ad seruitutē. Sin aut, iuret alter, & in libertate permaneat.

III

Si aut calumniator, aut ille cui calūnia irrogata est, se solū ad sacramēti mysteriū perficiendū protulerit, & dixerit. Ego solus iurare uolo. tu si audes nega sacramentū meū, & armis mecū cōtēde. faciat etiā illud, si hoc eis ita placuerit, iuret unus, & alius neget, & in cāpum exeant. Hoc & superiori, capitulo cōstitutū est.

De Delicto seruorum.

Tit.

XII.

Paragraph.

Si seruus rem magnā quamlibet furasse dicatur, uel noxam grande perpetrasse, dominus eius, in Reliquijs sanctorum pro hac re, iurare debet.

Si uero

Si uero de minoribus furtis & noxis, à seruo perpetratis fuerit interpellatus, in uestimento uel pecunia, iurare poterit.

De stupro ancillarum.

Tit.

XIII.

Paragraph.

Q Vi cū ancilla alterius, quæ nec mulgere, nec molere solet, q̄ bortmagad uocant, mœchatus fuerit, solid. XII. multam domino eius cogatur exsoluere.

De Homine in turba occiso.

Tit.

XIII.

Paragraph.

Si homo quislibet, in seditione ac turba populi fuerit imperfectus, nec homicida poterit inueniri, propter multitudinē eorū, qui aderant, licet ei qui compositio nē ipsius querere uult, de homicidio usq; ad septē homines interpellare, & unicul que eorū, crimē homicidij obijcere. & debet unusquisq; eorū, sua duodecima ma nu, obiecti criminis se purificare sacramēto. Tūc ducēdi sunt ad Basilicā, & sortes super altare mittēdi. uel si iuxta Ecclesiā fieri non potuerit, super reliquias Sancto rum. Quæ sortes tales esse debēt. Duo^a tali, de uirga præcisæ, quos^b tenos uocāt, quorū unus signo crucis inoscatur: alius purus dimittitur, & lana mūda obuoluti, super altare, seu Reliquias mittuntur, & Præsbyter si adfuerit, uel si præsbyter de est, puer quilibet innocens, unum de ipsis sortibus de altari tollere debet: & integrum Deus exorandus, si illi septem qui de homicidio cōmisso iurauerūt, uerum iurassent, euidenti signo ostendat. Si illum qui cruce signatus est sustulerit, innocentes erunt qui iurauerunt: si uero alterum sustulit, tunc unusquisq; illorū septē, faciat suā sorte, id est tenum de uirga, & signet signo suo, ut eum, tam ille, q̄ ceteri, q circumstant cognoscere possint. & obuoluant lana munda, & altari, seu Reliquijs imponantur & præsbyter si adfuerit, si uero non ut superius, puer innocens, unū quemq; eorū, singillatim de altari tollat, & ei qui suam sortem esse cognouerit, rogar, cuius sortem extremam esse contigerit, ille homicidij compositionem personuere cogatur, ceteris quorum sortes prius leuatae sunt, absolutis.

III

Si autem in prima durarum sortium missione, illam quæ crucis signo notata est sustulerit, innocentes erunt, sicut prædiximus, septem qui iurauerunt. & ille, si uelit, alios de eodem homicidio interpellet, & quicūq; interpellatus fuerit, sua duodecima manu perfectorio sacramento, se debet excusare. & in hoc interpellatori sufficiat: nec ulterius ad sortem quemlibet compellere potest.

*Hec lex inter Laubachi ac Fleham custodina.**Ceterum inter Fleham ex Sinculan flumium, prò huiusmodi causa talis est consuetudo*

III

Is qui cōpositionem homicidij querit, in Reliquijs sanctorū iuret, se non alii de hac re interpellaturū, nisi eos, qui ei ipsius homicidij suspecti sint. & tunc unū, uel duos, uel etiam tres, aut quatuor, uel quotlibet fuerint, qui eū, qui occisus est uulnerauerunt, de homicidio interpellet. sed quamvis uiginti aut etiam triginta fuerint, non tamē amplius q̄ septē interpellandi sunt, & unusquisq; eorum, qui in interpellatus est, sua duodecima manu iuret, et se post sacramētū iudicio Dei examt nādum, feruentia aqua innocentē ostendat. qui primus iurauit, primus ad iudicium exeat, & sic per ordinem, quū iudicio probatus imuentus fuerit, compositionē homicidij persolurat, & ad partem Regis bis Vueregildum suum. ceteri cōiuratores sicut superius de periuris dictum est.

De eadem re, inter Laubachi & Vūsaram flumium, talis consuetudo est.

III

Ille qui cōpositionē homicidij querit, unū hominē interpellet, homicidā est proximi sui uocans, & eum leudem occisi debet persoluere. & ille, si responderit, & dixerit. Se uelle cum coniuratoribus suis sacramento se purgare, dicat ille, qui

M ; homicidā

Legis Friso-

homicidam eum interpellauit, se in placiro publico eū interpellare uelle, & ita faciat, interpellet eum in placito, corā iudicibus, & ille qui interpellatus est, si negare non poterit, aliū q̄ sibi obiectum est, homicidij reū ostendat, q̄ ita facere debet.

V

Producat hominē quē uoluerit, & iuret qd ille homo, homicidij, de quo ego interpellatus sum, reus est: tenens eum per orā sagi sui. Ille aut, si hoc sacramentū negare uelit, iuret, & contra ipsum cum armis suis, in campū procedat, & uter in ipso certamine conuictus fuerit, & sibi concrederit, soluat leudem occisi.

VI

Si aut occisus fuerit, haeres eius proximus, homicidij compositionē exsoluat.

VII

In hac tamē contentionē, licet unicuiq, pro se cāptionē mercede cōducere, si eū inuenire potuerit. si cāpio q mercede cōductus est occisus fuerit, q eū cōduxit lx. sol. id est, libras iii. ad partē Regis cōp. insuper, & leude occisi hominis exsoluat. *Et hoc in eadem regione taliter obseruantur.*

De Compositionibus uuergildo. Tit. XV.

Paragraph.

I

Compositio hominis nobilis libræ xi. per ueteres denarios.

II

Compositio liberi, libræ v. & dimidia, per ueteres denarios.

III

Compositio liti, libræ ii. & uncia. ix. ex quadue partes ad dominum pertinet, tertia ad propinquos eius.

III

Compositio serui, libra i. & uncia iii. & dimidia.

Inter Laubaci & Singalam.

De Fredo. Tit. XVI.

Paragraph.

I

De homicidio, ad partem dominicā pro fredo xxx. solid. componitur. quis oīl tribus denarijs constat.

Hic Bannus est.

Tit. XVII.

Paragraph.

I

Si quis in exercitu litem concitauerit, nouies damnum quod effecit componere cogatur, & ad partem dominicam, nouies fredam persoluat.

II

Qui in curte ducis, in Ecclesia, aut in atrio Ecclesiae hominē occiderit, nouies Vueregildum eius componat. & nouies fredam ad partem dominicam.

III

Si quis Legatū Regis uel ducis occiderit, similiter nouies illum componat, & fredam, similiter nouies ad partem dominicam.

III

Qui manū collecta, hostiliter uillā, uel domū alterius circūdederit, ille quo cę teros collegit & adduxit, Vueregildū ad partē Regis cōp. & qui eū secutisunt, unusquisq; solid. xii. & ei cui damnū, si etiā damnū illatū est, in duplo emendeatur. *Vltra in Laubachi uero in simulo.*

V

(gatur.)

Qui mācipiū in paganas gētes uēdiderit, uueregild. suū ad partē Regis soluere ca-

Dedie Dominico.

Tit. XVIII.

Paragraph.

I

Qui opus seruile die Dominico fecerit, ultra Laubachi solid. xii. in ceteris locis Fresiæ iii. solidos culpabilis iudicetur.

II

Si seruus hoc fecerit uapulet, aut dominus eius iii. solid. pro illo componat.

De Par-

num Liber.

139

De Parricidij.

Tit. XIX.

Paragraph.

Si quis patrē suū occiderit, perdat hæreditatem, quę ad eum pertinere debebat.

II

Si quis fratrē suū occiderit, soluat eum proximo hæredi, siue filium, aut filia
habuerit, aut si neuter horū fuerit, soluat patri suo, uel matri suę, uel fratri, uel etiā
torori suae. q̄ si nec una de his personis fuerit, soluat eum ad partem Regis.

De mordrito.

Tit. XX.

Paragraph.

Qui obſidem occiderit, nouies eum componat.

II

Si quis hominem occiderit, & absconderit, quod. Mordritum uocant, noue
uueregildos componat, aut si negauerit, cum xxxv. iuret.

III

Siceruuus dominū suū interfecerit, tormētis interficiatur. Similiter & litus.

De Plagio.

Tit. XXI.

Paragraph.

Si quis hominem, uel nobilis nobilem, aut liberū, uel liber liberū, uel liber nobilis
extra patriā uēdiderit, cōp. eum, ac si ab ipso fuisset imperfectus. aut eū ab exilio
reuocare studeat. si uero q̄ uēditus fuit reuersus fuerit, & eū q̄ se uēdiderat, de faci
nōre cōuenerit. cōp. ei bis iuxta q̄ fuerat ad p̄tūtūs. & sol. xii. ad partē Regis cōp.
Vlra Laubachi uero Vlregildati suam

De Dølg.

Tit. XXII.

Paragraph.

Si quis aliū per irām in capite percusserit, ut etiam surdū efficiat xx. iii. solid. cōp.

II

Si mutus efficiatur, sed tamen audire possit, xviii. solid. componat.

III

Si quis alium ita percusserit, quod. durslegi uocant, dimidiū solidū comp.

IV

Si autem sanguinem fuderit, componat solidū.

V

Si eum percusserit ut testa appareat, cum duobus solid. componat.

VI

Si os perforatum fuerit, duodecim solid. componat.

VII

Si membranā, qua cerebrū continetur gladius tetigerit, xviii. solid. cōponat.

VIII

Si ipsa membrana rupta fuerit, ita ut cerebrū exire possit, xxiii. solid. compon.

IX

Si quis alteri auren̄ abſciderit, xi. solid. componat.

X

Si nāsum abſciderit, xxiii. solid. componat.

XI

Si summā rugā frontis, quis ictu transuersam inciderit, duobus sol. comp.

XII

Si subteriorem inciderit, iii. solid. componat.

XIII

Si tertiam quae iuxta oculos est, duobus solid. componat.

XIV

Si supercilium inciderit, duobus solidis componat.

M

Si pal-

- xv
Si palpebram, aut superiorem, aut subteriore vulnerauerit, duobus sol. cōp.
- xvi
Si nasum transpunxerit, xv. solidis componat.
- xvii
Si granonem iētu percussam præciderit, duobus solidis componat.
- xviii
Si maxillā inciderit vi. sol. comp. xix
Si unum dentem de interioribus excusserit, duobus solid. componat.
- xx
Si unum ex angularibus dentibus excusserit, tribus solid. componat.
- xxi
Si de molaribus unum excusserit, iiiii. solid. componat.
- xxii
Si iugulum incisum fuerit, iiiii. solid. componat.
- xxiii
Si costam transuersam inciderit, duobus solid. componat.
- xxiv
Si brachium iētu supra cubitum confractum fuerit, xii. solid. componat.
- xxv
Si infra cubitum unum ossium confractum fuerit, vi. solid. componat.
- xxvi
Si utraq; ossa fracta fuerint, xii. solid. componat.
- xxvii
Si manus in ipsa iunctura quo brachio adh̄eret, abscissa fuerit, xl. sol. comp.
- xxviii
Si pollicem absciderit, xiii. solid. & uno tremisse componat.
- xxix
Si indicem absciderit, vii. solid. componat.
- xxx
Si medium absciderit, uno tremisse minus vii. solid. componat.
- xxxi
Si annularem absciderit, viii. solid. componat.
- xxxii
Si minimū absciderit vi. sol. cōp. xxxiii
Si totos v. digitos absciderit, xli. solid. componat.
- xxxiv
Palma manus abscissa. iiiii. solid. componatur.
- xxxv
Si quislibet dīgītus, ex quatuor longioribus, in superioris articuli iunctura,
ita percussus fuerit, ut humor exuulnere decurrat, q̄ lidu uuagi dicūt, i. sol. cōp.
- xxxvi
Si in subteriori articulo hoc contigerit, duobus solid. componat.
- xxxvii
Si in tertio articulo fuerit, tribus solid. componat.
- xxxviii
Si in iunctura manus, & brachiū hoc euenerit, quatuor solid. componat.
- xxxix
Si in cubito idem euenerit, iiiii. solid. componat.
- xl
Si in summitate, qua brachium scapulæ iungitur euenerit, iiiii. solid. comp.
- xli
Si in pollicis superioris articuli iunctura fuerit, duobus solid. componat.

Si in

- XLII
Si in inferiori, tribus solidis componatur.
- XLIII
Si ad iuncturā brachij & pollicis fuerit, IIII. solid. componat.
- XLIV
Si in cubito, IIII. si in iunctura scapulæ, similiter IIII. solid. componat.
- XLV
Si quis oculum alterius ita percusserit, ut eo ulterius uidere non possit, XX. solidos & duos tremisses componat.
- XLVI
Si totum oculum eruerit, medietatem Vueregildi sui componat.
- XLVII
Si quis alium pectus forauerit, XII. solid. componat.
- XLVIII
Si præcordia, id est herthamon gladio tetigerit, XVIII. solid. componat.
- XLIX
Si præcordia perforauerit, XXIII. solid. componat.
- L
Si membranam. qua siccior & splen pendent, quod mithridri dicunt, uulneraverit, XVIII. solidos componat.
- L I
Si illud perforauerit, XXIII. solid. componat.
- L II
Si in uentrem uulnerauerit, XII. solid. componat.
- L III
Si botellum uulnerauerit, XVIII. si perforauerit, XXIII. solid. componat.
- L IV
Si contra stomachum uulnerauerit XII. solid. componat.
- L V
Si stomachū tetigerit gladio ut uulneretur, XVIII. Si perforatus fuerit, XXIII. solid. cōponat.
- L VI
Si botellus de uulnere proceſſerit, & iterū interius remittitur IIII. solid. supra cōpositionē uulneris cōponat. Si de adipe aliquid p̄ceſſerit ut p̄cidat IIII. sol. cōp.
- L VII
Si ueretrum quis alium abſciderit. Vueregildum suum componat.
- L VIII
Si unum testiculū excusserit, dīmidium Vueregildū. si ambo totū compon.
- L IX
Si testiculus exierit, per uulnus, & iterum remittitur in locum suum, VI. sol. supra compositionem uulneris componat.
- L X
Si coxam supra genu uulnerauerit, & os transuersum fregerit uel præcidebit, XII. solid. componat.
- L XI
Si tibia subtus genuculo media incisa fuerit, VI. solid. Si tota XII. solid. comp.
- L XII
Si pes totus abſcisus fuerit, XIV. solid. componat.
- L XIII
Si pollicem pedis abſciderit, VIII. solid. cōponat. Si proximū digitū VII. Si tertium VI. si quartum V. si quintum. IIII. solid. componat, reliqua pars pedis, quæ inter tibiam & digitos est XV. solid. componatur.

Sihu-

Legis Friso-

LXIII

Si h^u humor per articulos digitorū decurrerit, sicut superius de manu scriptū est, ita & in pede componatur.

LXV

Si quis alium iratus per capillos comprehendenterit, duobus solid. componat. & profreda IIII. solid. ad partem Regis.

LXVI

Vulnus, quod longitudinē habeat, quātum inter nec pollicē & complicati in cīcis articulum, i spannum impleat IIII. solidis componatur quod integrē spānæ lō gitudinē habuerit, hoc est quantū index & pollex extendi possunt vi. solid. comp.

LXVII

Quod inter pollicem & mediū digiti spannum longum fuerit, XIII. sol. comp.

LXVIII

Quod à cubito, usq; ad iuncturam manus, longitudine fuerit, duodecim sol.

LXIX

Quod à cubito usq; ad summītatem pollicis, longum fuerit, XVIII. sol. comp.

LXX

Quot plenē cubiti, id est, ad summos digitos manus extensæ, longitudine fuerit, XXIII. solidis componatur quod supra est, non componitur.

LXXI

Si de uulnere os exierit, tantē magnitudinis, ut iactū in scutum, trans publicam uiam sonitus eius audiri possit, IIII. solid. componat.

LXXII

Si duo ossa exierint, duo solidi adjiciantur id est, VI.

LXXIII

Si tria exierint unus solid. adjicitur.

LXXIV

Si minora fuerint, q̄ ut in scuto iacta trans publicā uia audiri possint, dimidio minori cōpositione soluatur.

LXXV

Vulnera tria, uel quatuor, uel eo amplius uno ictu facta mēsurantur, & iuxta quod eorum fuerit lōgitudo, cōpositio perloluatur. Si uero tria uel quatuor uel quotlibet uulnera, totidem ictibus facta, quod ex his maximū fuerit, iuxta sui longitudinem componatur. cetera uero remaneant.

LXXVI

Si manus percussa manca pependerit, dimidio componatur, quo debuit si fuisse abscissa. pes similiter. digitus similiter, qualiscūq; fuerit. digitus pedis similiter

LXXVII

Sibrachium iuxta scapulam abscissum fuerit, tribus sol. & tremisse cōponat.

LXXVIII

Sibrachium mancum pependerit, medietate, si abscissum fuisset, componat.

LXXIX.

Si quid de brachio, atq; manu, ita de coxa ac pede, iudicatum est.

LXXX

Si per uulnus pulmo exeat, quatuor solidi supra quātitatē uulneris cōponant.

LXXXI

Si spiritus per ipsum uulnus exierit VIII. solid. componatur.

LXXXII

Qui libero homini manus iniecerit, & eum innocentem ligauerit, XV. solid. componat, & duodecim solid. profreda ad partem Regis componat.

LXXXIII

Si quis aliū iuxta aquā stantē impinxerit, & in aquā ita ut submergat piecerit VIII. solid componat. & profreda solid. II.

Si quis

LXXXIV

Si quis brachium, uel coxam alterius transpunxerit, vi. solid. componat.

LXXXV

Qui maxillas utrasq; cū lingua sagitta uel qlibet telo transfixerit, xv. sol. cōp.

LXXXVI

Qui utramq; coxam, cum folliculo testū telo traiecerit, similiter xv. sol. cōp.

LXXXVII

Si quis hominem casu quolibet, in aquam prolapsum liberauerit, iiiii. solid. remunerationem accipiat.

LXXXIX

Si quis liberā fēmitam, & non suā, per maxillā strinxerit, duobus sol. comp. iiiii. & duos solid. pro feda.

XC.

Si per uerēda eius comprehēderit, iiiii. solid. comp. & duos solidos pro feda.

Epilogus.

Hæc omnia, ad liberum hominem pertinente.

Nobilis uero hominis compositio, siue in mulieribus & percussionibus & in omnibus que superius scripta sunt, tertia parte maior efficitur.

Liti uero compositio, siue mulieribus, siue in percusionibus, siue in mancationibus, & in omnibus superius descriptis, medietate minor est, quam liberi hominis.

ADDITIO SAPIENTVM

V U L E M A R V S.

De Pace Faidosi.

Tit.

I.

Paragraph.

Homo Faidosus, pacem habeat in Ecclesia, in domo sua, ad Ecclesiam eundo, de Ecclesia redeundo, ad placitum eundo, de placito redeundo. qui hanc pacem effregerit, & hominem occiderit, nouies xxx. solid. comp.

Si uulnerauerit, nouies. XII. solid. comp. ad partem Regis.

III.

Si quis caballum furauerit, aut bouem, aut screonam effregerit, capitali sententia puniatur, uel uitam suam pretio redimat.

Compositio Vulnerum.

Tit.

II.

Paragraph.

Si quis alteri manum absciderit, xxv. solid. & v. denarios comp.

II.

Si indicem ad imum membrum præciderit, vi. solid. componat.

III.

Si medium, in eadem iunctura præciderit, iiiii. solidis & dimidium.

III.

Si annularem, XII. solid. si minimum fuerit solid. v.

Pollex

v
Pollex ex tota abscissus, sic componitur, sicut iii. digiti, si omnes abscindantur. id est solidis xxii. & dimidio.

vi
Abscissio palmæ, iiiii. solid. componatur. si manus abscissa, terram cadens terigerit, ipse casus, iiiii. solidis componatur.

vii
Si digitus quilibet, superiori articulo præcisus fuerit, tertia portio compositionis eius exsoluatur.

viii
Si in subteriori præcisus fuerit, duæ partes compositionis soluantur.

ix
Si in imo iunctura, id est, ex toto abscissus fuerit, tota solutio componatur.

x
Si non præcisus, sed debilitatus, & inutilis pependerit, medietas.

Hoc totū in triplo componatur. Tit. III.

Paragraph.

Pes ex toto abscissus, componatur ut manus. id est trib. & L. solidis & tremisse

ii
Pollex pedis, undecim solidis, & quarta parte solidi componatur.

iii
Proximus digitus pollici, tribus solidis componatur.

iv
Secundus duobus solidis, et duabus partibus solidi componatur, tertius similiiter, quartus similiter.

v
Si tertia pars digiti fuerit abscissa, tertia pars solutionis componatur.

vi
Si duæ partes, similiter duæ partes componātur.

vii
Si totus, tota solutio componatur.

viii
Si quis alium ita in caput percusserit, ut surdus et mutus efficiatur, ter L. trib. solidis & tremissem comp. si alterum & non utrūq; fuerit, medietas multæ cōp.

ix
Si auris ex toto abscissa fuerit, ter xii. solidis componatur.

x
Si nasus abscissus fuerit, ter xx. duos solidos, & tremissem componat.

xi
Si nasus una parte perforatus fuerit, ter iiiii. solidis componatur.

xii
Si & cartilago perforata fuerit, ter viii. solidi componantur.

xiii
Si etiam ex altera parte telum exierit, ita ut tria foramina facta sint, ter xii. solidi componātur.

xiv
Si maxilla perforata fuerit, ter iiiii. solid. componat.

xv
Si superciliū in transuersum præcissum fuerit, ter iiiii. solid.componat.

xvi
Si ex percussione deformitas faciei illata fuerit, quæ de xii. pedum longitudine possit agnosci, quod. Vuitiuam dicunt, ter iiiii. solid.componat.

Sigrano-

XVII

Si granones præcisi fuerint, ter IIII. solid. componat.

XVIII

Si oculus uel os ita percussa fuerint, ut torqueantur, ter IIII. solid. componat.

XIX

Si palpebra præcisa fuerit, ter IIII. solidi componantur.

XX

Rugas frontis tres, si in trauersum incisa fuerint, ter XII. solid. componantur.

XXI

Si una ter, IIII. solidi.

XXII

Si homo ab alio ita in caput percussus fuerit, ut nec frigus, nec calorem pro uulneris impatientia sufferre possit, ter IIII. solidi componantur.

XXIII

Si quis aliū in caput ita percusserit, ut testa perforet, ter XII. solid. componat.

XXIV

Si ossa de uulnere exierint, tantæ magnitudinis, ut in scutū iactū XII. pedū spatio distante homine possit audiri, unū ter IIII. sol. cōp. aliud ter duob. tertius ter uno solidō.

XXV.

Si quis alium percusserit, ut ferrum in osse figatur, ter trib. solid. componat.

XXVI

Si os apparuerit, non tamen incisum fuerit, ter solidō & tremisse componat.

XXVII

Os quodcumq; ferro præcissum fuerit, ter IIII. solid. componatur.

XXVIII

Costa si præcisa fuerit, ter tribus solid. componat.

XXIX

Si non præcisa, sed incisa, perconfixa fuerit, ter solidō et semisse componatur.

XXX

Si quis aliū trans costā ita percusserit, ut uulnus ad interiora uenerit, ter XII. sol. cōponat.

XXXI

Si stomachus uel botellus perforatus fuerit, ita ut sterlus per uulnus exierit, ter XXIII. solid. componat.

XXXII

Si quis in iuncturā membrū cuiuslibet ita percusserit, ut humor ex uulnere decurrat, quem liduuuagi dicunt, ter IIII. solid. componat.

XXXIII

Si quis alium ita percusserit, ut osse inciso, medulla decurrat, ter IIII. sol. cōp.

XXXIV

Si quis alium uulnerauerit, & ipsum uulnus sanatum, cicatricem depresso & non reliquæ carnī equam duxerit, quod a spido dicunt, ter IIII. solid. comp.

XXXV

Si brachium aut crus, percussum fuerit, & ex ipsa percussione decrescerit, à sua grossitudine, quā prius habuerit, quod bimelido dicunt, ter IIII. solid. comp.

XXXVI

Qui de anterioribus dentibus unum excusserit, ter duos solid. componat.

XXXVII

Si de angularibus, ter IIII. solid. compognat.

XXXVIII

Si de molaribus ter IIII. solidos.

XXXIX

Sic t̄ crimen alteri de capite abstraxerit, ter IIII. solidos componat.

N

Si illum

† cnoem